

ANNOTATA ANTI-GROTIONA

“ v. 19. εἰ τι τὸ ἔργον κατεκλήσεται.  
 “ Si ab aliis Ecclesiis deprehendatur doctrina alicujus repu-  
 “ gnare Christi doctrinæ, aut directè, ut licitum esse cum uoverca  
 “ concubitu, ut non expectandam resurrectionem; aut spectatis  
 “ circumstantiis, ut licere epulari in idolio, licere litigare apud pro-  
 “ fanos Magistratus. Talia enim iudicio sanarum Ecclesiarum  
 “ stare non possunt. Justinus cum Tryphone disputans negat, pro  
 “ Christianis habendos, qui resurrectionem futuram negant. Ter-  
 “ tullianus adversus Marcionem V: *Quia per ignem iudicatur vestra*  
 “ *superedificatio, trabes incendio solent perire: epistola dicta Je-*  
 “ *rem: 55.*

“ Ζημιωθήσεται.  
 “ Dejicietur omnium iudicio de Doctōris munere, aut etiam  
 “ communione privabitur, ut illi incesto accidit.

“ Αὐτὸς ἢ σωθήσεται, ἢ τῷ ὡς ἀπὸ πυρὸς.  
 “ Id est in summo erit salutis suæ periculō: Et si eam adipisce-  
 “ tur (quod boni ominis causa sperare mavult Apostolus,) non fiet  
 “ id sine gravi mœstitia & dolore. Vid. 2. Cor: II, 7. Hic est ὁ λε-  
 “ γόμενος πυρὸς infra v. 5. *Σώζεσθε ὡς ἀπὸ πυρὸς* est proverbiale ad si-  
 “ gnificationē summi periculi. Sic ἐκ τῆς πυρὸς ἀρπάζοντες dixit Ju-  
 “ das 23. Aristides in Appellem: ἐκ μέσθ, Φασεὶ πυρὸς τὸν ἄνδρα  
 “ σώζειν. Cyprianus epistola LXVI: *Exuenda est velociter de in-*  
 “ *cendio sarcina, priusquam flammis supervenientibus concremetur. Ne-*  
 “ *mo diu tutus est periculo proximus.*

Doctrina directè repugnans doctrinæ fundamentali Christi,  
 qualis hæc est: *Non esse expectandam mortuorum resurrectionem*  
*Ebr: VI, 1, 2. non superstruitur fundamento, sed evertit funda-*  
*mentum, & de tali, qui scil: ejusmodi doctrinam propugnat, nec*  
*sperare possumus, nec ominari licet, eum salutem adepturum.*  
*Si non resurgunt mortui, nec Christus resurrexit: Si Christus non re-*  
*surrexit, vana est fides vestra 1. Cor. XV, 16, 17. Si pro Christianis non*  
*habendi, qui resurrectionem futuram negant, quomodo salutem*  
*æternam adipisci possunt! Nec enim illud κτ̄ καλήσεται aserit de*  
*persona errante dicitur, sed de doctrinâ erroneâ. Illa autem etsi*  
*detrimentum passura dicatur, ζημιωθήσεται, quod non de remotione*  
 ab